

quo simul aduersus Aristarchos omnes pluri-  
mum valebit. Nam quoniam lucubrationes nostras  
in Epistolas Canonicas eximio nostrae etatis  
ornamento Principi illius. D. Episcopo Trecc-  
si fratri tuo, anno superiori consecratem, serua-  
ui apud me quo te esse felici illa tua legatione ad  
summum Pontificem, iam reducem salutarem.  
Et quemadmodum Alexander rogatus cui ha-  
reditatem relinquere & commendare, respon-  
disse fertur, Ei qui optimus esset: Ita si quis de  
hisce nostris Commentariis, me roget, tu mihi  
vnum occurris, Princeps & Antistes optimus  
omnium ore prædicatus, cui eos relinquam,  
atque commendem. Id que ut lubentius fa-  
ciam, hoc potissimum nomine sum adducens,  
quod non obscuris argumentis habeam explo-  
ratum, tanto te ardore ad Euangelicæ philo-  
phiæ lectionem rapi, ut quicquid ubique est  
disciplinarum, præ hac vna, nugas existimes  
& fumos. Digneris igitur obtestor, Antistes  
reuerendissime, & Princeps illustrissime, &  
Guilliaudi tui patrocinium, & operis tibi di-  
cati tutelam alacriter suscipere. Quia in re si  
nostram expectationem benignitas tua non  
fefellerit (scio non fallet) animum mihi adji-  
cies, ut eandem aleam in reliquis sacri  
Euangelij scriptoribus non du-  
bitem experiri. Vale, Eduæ,  
Idibus Aprilis,